

**3588** lapis Tiburtinus, Tibure repertus dentro ad un muro nel quale sono rimasti gli altri frammenti, in via del governo n. 5, appresso un fabricante di basti BRVZZA.

g. caeci IVS · Q · F  
i. n. metel·LLVS · PIVS  
imp. ITER

Bruzza vidit. Supplevi et edidi *bull. dell' Inst.* 1883 p. 213.

Est consul anni a. u. c. 674. Imperator appellari potuit et bello Marsico anno 666 (cf. Drumann hist. Rom. II p. 41) et bello civili anno 672, quo Sullae partes secutus Carbonem et Norbanum devicit (Drumann l. c. p. 42), sine dubio imperator appellatus est in Hispania, ex qua etiam triumphum meruit (Drumann p. 43). — Patri huius Metelli, Metello Numidico, consuli anno 645 et censori anno 652, villam fuisse prope Tibur colligitur ex Cicerone de orat. 2, 65, 263 cf. c. 68, 275. In hac villa, quam post mortem Numidici filii factam esse probabile est, potest stetisse hic titulus, aut sub donario aliquo, positus ab ipso Metello Pio, aut sub statua eius, positus vel a liberto aliquo vel post mortem eius ab eo quem testamento adoptaverat Q. Metello Pio Scipione. Nam huic quoque villam fuisse Tibure, sine dubio eam quae antea fuerat et Numidici et Pii, constat ex Cicerone Philipp. 5, 7, 19, ad fam. 12, 2, 4, ex quo simul discimus hanc villam postea factam esse Antonii.

**3589** fragmentum lapidis Tiburtini magnis et optimis litteris, rep. Tibure nell' aprirsi una cloaca per la via del Ciocio (i. e., ut videtur, nel lato orientale della chiesa di S. Biagio), nunc Tibure in curia.

GVS · SEP  
met ELLO · SCIPion  
XIIIX

Edidit Mommsen, qui viderat ipse et habuit praeterea exemplum accurate factum ab Henzeno transmissum, huius corporis vol. I p. 13; mihi descripsit Gatti. Antea ediderat Sebastiani p. 354 not. 1 fin. SEP... Sebastiani. — 3 leviter incisum fortasse postea additum esse ait Gatti, qui excepit sic: XIIIX.

In v. 2 aperte agitur de Metello aliquo Scipione, huius autem nominis nullum alium novimus quam consulem anni 702, filium adoptivum Metelli Pii, cui villam Tibure fuisse diximus ad eam quae praecedit. Sed tamen cui hic titulus dicatus et quomodo conceptus fuerit, non liquet. Mommsenus propter numerum v. 3 coniecit agi de filio aliquo Metelli Scipionis praeterea ignoto; eius praemature defuncti hunc esse titulum sepulcralem.

**3590** in arce Tiburtina nuper repertum RED. Sed cf. infra.

A · CAESIVS · GALLVS · AED · PL  
CER · PR · FLAM · AVGVST · PATRON  
COLON · TESTAMENT · FIERI · IVSSIT  
P · CVRTIVS · SEVERVS · FLAM · AVG  
5 · D · D · FAC · CVR ·

Servavit codex Redianus f. 126 (inde Gudius ms. 893, 4, ed. 118, 3).

Versus divisi secundum codicem Redianum, qui tamen hac in re plerumque verum non servavit. — 1 vide ne ante AED exciderit Q.

Hanc inscriptionem vere Tiburtinam esse non credo. Nam primum reliquae inscriptiones Tiburtinae codicis Rediani omnes aut redeunt in codice Hamiltoniano, petitae scilicet ex Antiquo quem dicimus, aut sumptae sunt ex Feliciano. Praeterea neque colonia fuit Tibur neque videntur ibi fuisse flamines Augustales. Possis conicere, in loci indicatione pro 'Tiburtina' legendum esse 'Tudertina'.

**3591/2** base di un donario che sembra fosse una statuetta. Rep. Tibure negli scavi presso la stazione della via ferrata.

L · CALPVRNIVS · F · F · P · ISO

Bruzza vidit.

Tam consul anni a. u. c. 696 quam consul a. 739 L. Calpurnius L. f. Piso appellabatur. Ceterum ad alterum utrum ex his hunc titulum esse referendum nequaquam certum est, praesertim cum ne de supplemento quidem P[iso] constet.

**3593** tabula marmorea. Effossa Tibure d. 4 Mart. 1846 in platea S. Andreae VIOLA, similiter RELIQVI (presso la chiesa di S. Vincenzo MELCH., quod idem est). Nunc exstat in hortis publicis.

T · C L O D I O · M · F  
P · V · P I E N O · P · V L C H R O · Maximo  
sic C · V · C O S · C V R · A E D · S A C R E T · O P E R · P u b l i c  
C V R · R · P · B E N E V E N T · E I E C T O · I V D · S A C R O · A P c e n s u s  
sic 5 A C C E P T · P E R · P R O V · V E L G I C A M C V R · R · P · L E P T I M ·  
E T · T R I P O L I T A N O R · V I C E O P E R · P V B L · P R O · C O S ·  
P R O V · M A C E D O N I A E · C V R · R P · C A T I N E N S I V M ·  
P R · V R B · Q · K · X V · V I R O · S · F · T R I V M V I R O M O N E T A L I ·  
P A T R O N O · M V N I C I P I I ·  
10 S · P · Q · T ·

Descripsi. Melchiorri edidit in ephemeride *il Saggiatore* 5 (1846) p. 292 cum commentario Borghesii (ipsa epistula Borghesii, cui miserat etiam Viola, data ad Melchiorrium d. 26 Apr. 1846 repetita est in illius opp. 8 p. 36 seq.); Grifi *giornale arcadico* 109 (1846) p. 275; St. Viola *decennio* p. 263; Henzen *bull. dell' Inst.* 1849 p. 95, syll. n. 6512; Borghesi *bull. arch. napoletano* (1858/9) p. 60 = opp. 5 p. 504.

Borghesius in epistula ad Melchiorrium rettulit ad filium aliquem M. Clodii Pupieni Maximi eius qui anno 238 Augustus consalutatus est; nam ab ipso imperatore Pupieno abhorrere et praenomen Titi et quod nulla munera militaria susceperit, cum de imperatore Pupieno diversa narret biographus c. 5; ceterum positum esse hunc lapidem ante annum 238. — 4—6 *electo iudicio* sacro ad census accept(andos) per prov(inciam) Velgicam, cur(atori) r(ei) p(ublicae) Leptim(agnensium) et Tripolitanor(um).

**3594** basis marmorea quae statuam sustinebat (nella parte superiore del piedestallo si vedevano incavate le vestigia della statua CABR., similiter CATAL.), nunc sustinet statuam alienam. Rep. Tibure mense Mart. 1778 CATAL., die 17 Mai. 1778 in faccia alla chiesa de' PP. Camaldolesi detta di S. Andrea, nello scavarsi in una cantina CABRAL; una reperta est manus statuae muliebris, Veneris aut Minervae, secundum CABR. Mox basis Romam translata est in museum Vaticanum, ubi exstat (cortile del Belvedere).

FVRIVS MAECIVS  
GRACCHVS · V · C  
CORRECTOR · FLA  
MINIAE ET PICE  
5 NI ORNATVI  
THERMARVM  
DEDICAVIT ·

in latere intuentibus dextro:

DEDICATA · XI · KAL · MAIA  
GALLO · ET · FLACCO · COS a. p. Chr.  
174

Descripsi post Henzenum. Catalani *antichità Fermane* (1778) p. 91, auctore non laudato; Cabral et del Re p. 28; E. Q. Visconti cod. Paris. Lat. 9697 f. 63; Morcelli de stilo inscr. p. 356; Nibby *viaggio* 1 p. 163, *analisi* 3 p. 201. Orelli n. 3172 cum add. Henzeni.

Inscriptionem primariam recentiore esse consulibus in latere perscriptis apparet; scripta est sublato titulo antiquiore.

Arrio Maecio Graccho v. c. a Salernitanis publice positus est titulus huius Corp. vol. X n. 520, eadem fere aetate cuius est hic titulus Furii Maecii Gracchi v. c.